

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1332 bis 1380

Witte, Hans

Straßburg, 1895

1353

[urn:nbn:de:bsz:31-326748](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326748)

Romana, in studio commorantibus generali, expulsis a civitate quacumque de causa, in peregrinatione euntibus aut in propriis suis negociis absentibus, singulis annis centum floreni minus, quantum tunc poterunt valere denarii prebendales, quibus etiam preter a civitate proscriptis aut in suis propriis negociis absentibus duodecim
 5 floreni annuatim seu pro rata temporis, si non tantum absentes extiterint, per portarium ecclesie nostre qui pro tempore fuerit loco distributionum chori sunt effectualiter ministrandi. Canonicis vero alibi residenciam habentibus vel in aliis ecclesiis, in quibus prebenda non consuevit nisi presentibus ministrari, aut aliis in locis, ubi absentes merito reputari debent, dantur octo floreni loco neglectorum et panis
 10 prebendalis et omnia que et presentibus preter neglectum et preter ea, que de blado nuncupato teilkorn ministrantur, ac etiam preter denarios prebendales, dummodo primam residenciam fecerint annualem, quia et tales juxta statuta nostra alia prebendam recipiunt, quamvis non ea, que de diminutione nostre levantur prepositure. Qui vero residenciam annualem nondum perfecerunt, in absentia nichil percipient nec
 15 vinum censuale sed tantum fructus vinearum, ad quarum tenentur culturam, loco quorum fructuum capitulo triginta solidos denariorum Argentinensium singulis annis presentabunt. Canonicis autem de novo intrantibus ecclesiam, si qui residere videntur, pro rata temporis per triennium exerescentia bladi tantum debetur, et capitulum taxum habebit vel econtra, si capitulum electionem debito tempore, videlicet infra decendum
 20 postquam de vacatione prebende capitulo constiterit, non duxerit faciendam. De eo autem, quod in prompta ministratur pecunia, non plus quam mediam partem pro rata temporis illius anni ab eorum adventu percipient, annum hujusmodi incipiendo in festo nativitatis s. Johannis baptiste, quia hoc de consuetudine ecclesie nostre est
 hactenus observatum; quibus etiam anno quarto centum floreni ministrantur ut
 25 aliis minus octo, qui ipsis in terminis singulis proportionaliter defalcantur; qui etiam octo floreni anno quarto completo, scilicet in fructibus anni quinti proximo tunc termino veniente ipsis, cum tunc a primo neglectum loco cujus dantur recipient, ministrari debebunt. Procurator etiam qui pro tempore fuerit prescriptis quatuor terminis, quibus prebendas tenetur ministrare, procurabit canonicos capitulariter convocari, ex ipsis petens sibi duos canonicos adjungi, qui una cum eo personaliter in moneta valorem florenorum inquirant, bladi quoque ab illo, qui bladum hujusmodi tunc capitulo vendere consuevit, sub debito juramenti ipsius perquirent, et taxum sic repertum tam florenorum quam bladi . . decanus qui tunc fuerit ac senior de capitulo qui tunc fuerit pro futura computatione cum procuratore facienda
 30 signatum in cedula reservabunt. Si autem contingeret ex causa quacumque, quod procurator cum hiis, que portarius et ipse collegerunt, pro illo anno prescripta ministrare non posset, volumus, ut capitulum de bonis ecclesie aut mortuorum prebendis vel alias, prout expedire videbitur, tantum accomodet, quod omnia antedicta debitum sorciantur effectum, et postea oportuno tempore ac fertiliori hujusmodi totaliter restituentur et reponantur. Si autem quid supererit, future dispositioni dicti nostri capituli reservari debet. Volumus etiam, ut, si que dubia in prenotatis quibuscunque forte surrexerint in futurum, per priora statuta et ecclesie consuetudines, ex quibus fere hec omnia sunt extracta, quibus etiam per presentes in nullo volu-

Juni 24